

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De Luna fortunata

[urn:nbn:de:bsz:31-95557](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-95557)

vel Oppositione, & sic cum reuolutione
corresponderet, atque profensione, quod
supra dictum est eueniret.

De Luna Fortunata.

Cum Luna eo anno erit domina genitu-
ra, seu reuolutionis, eaq; feliciter collocata in
beneficis figuræ locis prosperitatē, magnaq;
lucra causa itinerum adducet optimam cor-
poris satietatem, eoque tempore donationes,
tam ex nobilibus, quam popularibus, &
precipue à mulieribus; domus fortunatæ Lu-
næ sunt, vt & aliorum.

De Luna Infortunata.

Cū Luna infortunata fuerit cū ijs requisitis
de quibus circa alios loquuti sumus; penitus
vitanda conuersatio peregrinorum, viato-
rumq; vt & nauigantium erit, eo tempore na-
tus non nubat, crapulas fugiat, nam si Luna
malè collocata fuerit, tam in radice, quam
in reuolutione, omni leui occasione in in-
firmitates incidet. Semper enim Luna malè
Horoscopo coniuncta, vel ex Quadrato, vel
Oppositione idipsum adducit.

finis